



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.49. S. Gregorius Eudoxium non novit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

*Sunt inania nomina, quæ etsi frivole as-  
sumantur, perniciem tamen afferunt,  
quod ibi futurum est, quando Antichri-  
stus se Deum dicet. Dico autem, & in-  
trepide dico: quicumque Episcopus Uni-  
versalis vocari vult, Antichristi Præcur-  
sor est, dum cæteris omnibus major esse  
affectat.*

Sæculum VI.  
A. C. 597.

## §. XLIX.

*S. Gregorius Eudoxium non novit.*

**I**n Epistola, quam S. Gregorius ad Eu-  
logium Alexandrinum & Anastasium  
Antiochenum communem dedit, iterum VI. ep. 31.  
illud discrimen inter suos & Cyriaci Le- VI. ep. 4.  
gatos observandum dicit, & subjungit,  
quæ ipsi Cyriaco jam scripserat: *In Epi-  
stola sua Synodali damnavit quemdam Eu-  
doxium, quem nec in Conciliis nec in E-  
pistolis Synodalibus Antecessorum ejus da-  
mnatum reperio. Verum quidem, quod  
Canones Concilii Constantinopolitani Eu-  
doxianos damnent; sed quis eorum Auctor  
fuerit, non memorant; porro Ecclesia  
Romana huc usque Canones seu Acta hujus-  
Concilii non recepit, sed tantum Confes-  
sionem Fidei contra Macedonium ratam  
habuit. Alias Hæreses, de quibus ibi  
mentio fit, damnat, verum usque in hunc  
diem Eudoxianos non novit. Id quoque  
verum est, quod in Historia Sozomeni oc-  
currat aliquis Eudoxius, qui Sedem Con-*

Ff 3

stanti-



Sæculum VI. *Constantinopolitanam usurpavit, quia vero*  
 A.C. 597. *in illa Historia quædam falsa leguntur,*  
 quia etiam in ea Theodorus Mopsuestenus  
 laudatur, & magnus in Ecclesia Doctus  
 usque ad mortem suam fuisse dicitur, hic  
 Scriptor Ecclesie Romanæ non probatur.  
 Nec ista Historia cum Concilio, sub Jus-  
 tiniano in Causa trium Capitulorum ce-  
 lebrato conciliari potest. Nihil apud La-  
 tinos de hoc Eudoxio, aut in Philastro,  
 aut in S. Augustino, aut aliis Patribus  
 invenimus.

VII. ind. I. Eulogius Alexandrinus postea datus  
 ep. 30. ad S. Gregorium litteris, & quibusdam

locis ex S. Basilio, S. Gregorio Nazian-  
 zeno, & S. Epiphano adductis, quibus  
 Sup. L. XIV. ille Eudoxius esset, ostendit. Erat ve-  
 n. 4. ro ille ipse, qui Arianorum, quos purus

dixere, a tate Imperatoris Constantii  
 Caput habebatur, & olim Episcopus Ger-  
 maniciæ, deinde Antiochenus, tandem  
 anno 360. Constantinopolim transferri

ibid. n. 23. voluit. Inde S. Gregorius in Historia  
 Ecclesiastica non admodum versatus fuisse  
 se videtur, eo etiam magis, quia Theo-  
 dori Mopsuesteni Elogium, quod ipse  
 Sozomeno scriptum putat, nullibi nisi in  
 Theodoreto legitur; nec Historia Tri-

V. Not. Bar. partita locum suspicandi relinquit, Hæ-  
 in Mart. R. storiam Sozomeni illo tempore magis  
 23. Dec. & quam hodie integram fuisse. Verum  
 Val. Not. in conjicere pronum est, S. Gregorium  
 c. ult. Theod. non



non alibi, quam in Historia Tripartita Sæculum VI.  
A.C. 597.  
illud Elogium vidisse.

Haud multo post S. Gregorius ad Epistolam S. Eulogii Alexandrini respondens, hæc habet memorabilia. *Quamvis den-* VI. ep. 37.  
*tur plures Apostoli, solius tamen Principis Apostolorum Sedis ob ejus Primatum super cæteras major eminet Auctoritas, atque eadem ejusdem Apostoli Sedes in tribus locis visitur; nam S. Petrus Sedem erexit, ubi nunc quiescit, & ubi hujus sæculi vitam posuit (nempe Romæ) Sedem ornavit, in quam Evangelistam Discipulam suam immisit (nempe Alexandriam) & Sedem, quam annis septem tenuit, licet inde abiturus, confirmavit (Antiochiam) itaque una est ejusdem Apostoli Sedes, cui jam Episcopi tres Auctoritate Divina præsumt.* His verbis S. Gregorius haud dubie, quanto major istarum Cathedrarum quam Ecclesiæ Constantinopolitanæ Prærogativa esset, ostendere volebat. (\*)

Ff 4

§. L.

(\*) Præterea ex his liquet, tam parum S. Gregorio quam aliis ante ipsum ab Ecclesiæ Exordio Scriptoribus in mentem venisse, ut Romanæ Ecclesiæ Auctoritatem ex eo fonte derivaret, quod Roma Caput orbis terrarum & Imperatorum Sedes olim fuisset, sicut Interpres noster Protestans somniat. Ceterum, tantum non aliquis Prote-

stantium